

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA =====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA ===

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA =====

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA ===

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Februario MCMXIII

Num. II.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakiewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.
Montreal
1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nuncis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explore desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiā lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)
ante solvendum et recto tramite mittendum ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA IN ANNUM MCMXIII

Pro Sociis singulis, quorum sive carmine sive soluta oratione scripta in *Voce Urbis* per an. MCMXIII edita fuerint et a doctorum virorum collegio ad id constituto maxime commendata, præmium erit argentei numismatis ex iis, quae Pontificis Maximi iussu quotannis in festo Apostolorum Principis cudi solent, Sacro Purpuratorum Senatu, Romanae Curiae aulicisque pontificis distribuenda.

Pro Sociis qui libellas octo pretio subnotationis addiderint, delectus erit unius ex tabulis aere mirifice cusis, magnitudine cm. 118 × 84, gesta Costantini M. Imperatoris referentibus prouti in Vaticanis aedibus Raphaël Sanctius eiusque discipuli penicillo expresserunt. Tabulae reddunt: *Pugnam inter Constantinum et Maxentium*; *Visum Crucis*; *Constantini Baptismum*; *Constantini donationem Pontifici factam*. — Si quis omnes cupiat, mittat lib. 32.

Pro Sociis, iisque Sacerdotibus, qui lib. quadraginta quatuor miserint, *Vox Urbis* gratuito conceditur; ii enim *Nocum Breviarium Romanum* habebunt, iuxta nuperas dispositiones reformatum, charta vere Indica in 16° (15 × 9) ab editrice Pont. domo Desclée et Soc. impressum, splendide ac solide ex pelle vulgo zigrino conglutinatum, foliorum selectione eleganter aurata; quod sane venale prostat lib. 44. — Quin imo simul cum Breviario gratuito etiam a praelaudata editrice domo «Proprium Dioecesis» cuiusque religabitur, si socius ipse miserit, aut emi iusserit, praemissio, uti par est, «Proprii» eiusdem pretio.

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Februario MCMXIII.

Num. II.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS



Rerum index:

Luitpoldi Principis Bavariae regnum regentis laudatio.
Haeresis atque Apostaslae conceptus.
Acceptorum VOCIS URBIS praemorum facta fides.
Quaestiones philologicae, idemne «Animus» quod «Anima» sit.
In Bacchanalia. Elegia.
De leone XIII P. M. commentarius. In Urbe ad Collegium Romanum.
Paroemias sive Adagia. Mare caelo miscere. — Miscere sana pro-
funis. — Sub lapide scorpio.
Versallenses aedes.
Colloquia latina. Chartulae Iusorae.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae
selectae. Ex Congregatione Concilii. — Ex Congregatione Consisto-
riali. — Ex Congregatione de Disciplina Sacramentorum. — Ex Con-

gregatione Indicis. — Ex Congregatione pro Negotiis Ecclesiasticis
Extraordinariis. — Ex Congregatione de Religiosis. — Ex Congrega-
tione Rituum.
Diarium Vaticanicum. Coram SSmo. admissiones. — Pontificie electiones.
— Varia.
Annales. Balkanicae res.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
libri recens dono accepit.
Aenigmata.
Numismatum collectoribus monitum.
Appendix; Ad Romanum.

LUITPOLDI PRINCIPIS BAVARIAE REGNUM REGENTIS LAUDATIO

HABITA IN AEDE XYSTINA CORAM SS. D. N. PIO PP. X AB AURELIO GALLI
SS. AB EPISTOLIS AD PRINCIPES XIX KAL. FEBRUA R. AN. MCMXIII (1).

Corona senum multa peritia, et gloria
illorum timor Dei.
(Eccl., XXV, 8).

Raro admodum contingit, ut cuiusquam interitus tantam tamque sinceram hominum complorationem moveat, quantam nuper excitavit amissio Viri Principis, cuius causâ hic modo est divina Hostia perlitatum. Nam, quis dicendo luctum exprimat Bavariae, quae tot annos, eo Regente, felicius in dies floruerat? Etsi enim, opinione diutius, salvo illo atque incolumi usa erat, tamen ita desiderio defuncti illacrimavit, quasi nunquam senex optimus debuisset ex hac laboriosa vitae mortalis agitacione conquiescere. Quam acerbum praeterea funus hoc accidit Germaniae, quae præcipue eum semper coluit habuisse Principum suorum Nestorem! Quam grave ubique bonis omnibus! quos quidem licuit audire passim de homine commemorantes summis eum laudibus, quum interim, quod sane est singulare, nulla vox dissona exsisteret. Nimurum in LUITPOLDO non vana quedam species honestatis eluxit, sed solida illa virtutum forma, quae, fundamento religionis constituta, amplitudinem homini dignitatemque veri nominis parit: nam, qui timet te (Domine), magni erunt apud te per omnia. (2) — Ita de amissio Principe, Beatissime Pater,

Te sentire equidem scio; at simul intelligo Te de mea tenui ingenii facultate nimio clementius iudicasse, quem in hoc amplissimo coetu animi Tui sensa interpretari iusseris. Sed Tua me hortatur benignitas honestissimum onus atque manus obire fidenter. Quod ut iam aggrediar, mihi quidem in LUITPOLDI vitam intuenti, continuo duae illae occurruunt tamquam insignes notae quae naturam moresque eius distinguere videantur: prudentia et pietas. Itaque in eum commode cadit illud Ecclesiastici: *Corona senum multa peritia et gloria illo um timor Dei*.

**

Non sane potest bene esse civitati, cuius ille sumum magistratum obtineat, qui, propter inopiam consilii, ipse sibi nesciat moderari, nedum aliis. Quamobrem Iudeis, qui Christum non essent recepturi, Deus per Isaiam (1) denuntiavit daturum se eis principes, illius inconsideratae temeritatis plenos, quam puerilis aetas præferre solet. Neque autem multo melius habet civitas a senectute principis, si vel infirmitas naturae vel languor aetatis inertem ignavumque faciat ad gerendum imperium. Longe aliter cum regno Bavariae, Dei providentis beneficio, est actum, ubi graves iisque satis cogniti casus summam rerum LUITPOLDO detulerunt. Accessit ille ad rempublicam senex, at accessit —

(1) Quod vir excellentissimus, qua fuit et est erga nos benevolentia, concesserit, ut Laudatio haec, in sollemni Bavariæ Principis recente vita funeti funere ad aedium Xystinam habita, per *Vocem Urbis* pervalgaretur, amplissimas grates publice reverimus.

(2) *Judith*, XVI, 19.

(1) *Is.*, III, 4.

AD ROMAM

ACTIO DRAMATICA

versibus plautinis composita et in tres actus distributa.

PUBLIUS.

Dies felicior tibi sit piae cæteris
Haec qua contendis divum sub auxilio
Ad hostem perfidum debellandum fortiter.
Tuæ nam copiae Romæ fidissimæ
Exoptant bellum, dabunt quæ victoram.
At, imperator, ore libero loquer,
Decet quod mihi senatori maxime.

IMPERATOR.

Libenter audiam, quid, Publi, dixeris.
Soles nam semper me consilio regere;
Et in Senatu, prudentiae meritis
Tuæ loquentem saepe Patres audiunt.

PUBLIUS.

Novum tu, fortis imperator, prælium
Es adgessurus, dabunt quod dii prosperum,
Tuis nam signis militat victoria.
Iuvat sed externos quid hostes pellere,
Manent si multi civitatis viscera
Qui rodunt, tundunt, lancinant perfidi?

IMPERATOR.

Tuus quo tandem sermo tendit abditus?
Qui sunt, timescis traditores dicere?
Palam die, iubeo, remotis nubibus!

PUBLIUS.

Heic Roma vivit, imperator strenue,
Tuis quam multis cumulas muneribus,
Diis invisa, quos contemnunt perfidi.
Est, inquam, secta turpis et vaferima,
Tuam perniciem quae inquirit unice.
Eam debes prius gladio perdere,
Velis Deorum ne priveris numine.
Deos enim sanctos superba polluit,
Deos, qui Romanum retulere gentium
Dominam rerumque, affluentem dívitum,
Meamque gentem reddidere celebrem.
Quis est nam gratior gente Cornelia?
Viris est clara, celebris victorius.
At, at, cum prium venit supersticio,
Cuius caput, Christus, damnatur Solymis,
En omnis orbis funditus dissolvitur.
Hoc est plectendum monstrum hominum! Cuspide
Suo qui venenum transmittit celere.
Vir esto fortis, audax, sume consilium
Diocletiani, hydram qui percussit acriter.

149904

5)

Tibi debemus dedicare statuam

Inscriptam: quidam maculabant foetidi
Terram, sed adfuit fortis Maxentius,
Eos qui gladio percussit strenue,
Et omnes gentes liberavit genitu.

IMPERATOR.

Adest sed inclitus senator Scipio,
Cuius gens protulit Romæ salutem.
Tuam placet nunc audire sententiam.
Quid in praesenti faciendum dixeris?

SCIPIO.

Solent Quirites grandibus temporibus
Manu, consilio tentare grandia.
Audiyi nuper senatores inclitos
Urgere exemplis Te verbis et plurimis,
Ut cives plectas quosdam, qui consilium
Sequuntur improbum, bonum quod iudicant.
Tuus nam praecessor, dii quem sospitent,
Vexavit istos, persecutus acriter...

Ei quid ista profuit vexatio?
Ut ipsum crudum tyrannum crederent,

Ut illi nisu fortiori sisterent,
Et coram gentibus dicerentur martyres.

Hoc idem venerit, Maxenti, in posterum.
Prudenter esset iter adgredi novum.

Omnis et isti cives sunt, qui patriam
Colunt, feruntque semper usque ad sidera;

Imperium nunquam sunt adgressi hostiliter;

Quin suos cives ut fratres diligunt,

Amant Te, fortis imperator, insuper
Eos qui vexas saepiusque percutis...

Solvunt tributa citra querimoniam,

Quin imo multi qui magistrum colunt,
Merent in tuis copiis stipendia;

Et omnes strenui praestant obsequium.

Quid dicam? Lambunt illam laeti manum

Eos quae percutit; pugnant pro imperio
Etiam si scient morituros gladio.

Erunt qui tutius Maxentio subditi?

Eis da veniam, merebunt utique!

Eos, pol, libera a tuis custodiis!

Hoc idem nuper Constantinus aemulus.

Ei quot urbes se dederunt alacres,
Et adsunt, fortiter currunt quot milites!

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum
per Italiam omnem, tum apud exterias gentes, quo facilius satisfaceret
pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et
lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollici-
tationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens
instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud
Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in com-
modum Sacerdotum in eorumque iurum omnium tutelam cedere maxime
possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensa-
rum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conver-
sionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum,
docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

Diligentia in opere - Temperantia in pretio

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA ===

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA

==== JOANNIS

B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

149906

Ann. XVI.

ROMAE, Mense Martio MCMXIII

Num. III.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Premium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italianam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame